IN NOMINE DNI INCIPIT PRAEFATIO CANONUM APOSTOLORUM

ASSIDUA ET FAMILIARI
cohortatione parvitatem
nostram regulas ecclesiasti
cas de greco transferre perpu
lerit confusione. Credo prisce
translationis offensus nihil
hominus tamen iniunctum labo
rem tue beatitudinis considera
tionem suscepi. Cui xps omnip
ds solita populi pietate prospici
ens summi sacerdotii contulit
dignitatem. Ut inter plurima
virtutis ornamenta quibus
ecclesiam dni morum scitatem con
decorans. Etiam sacratissima
iura pontificalibus perdigna
digesta conventibus inteme
rata conservans perfectio
regimine clerum plebemque
moderaris. Nullatenus nos
tri seculi more contentiosi
quo pronius desideramus rec
ta nosse quam facere. Sed di
vino adiutus auxilio que fieri
precipis ante perficias et efficacis
simo fidelibus prebes exemplo. Magna est
siquidem invenitur auctoritas eadem
primitus iussa complentis quatenus
ecclesiastici ordinis disciplina inviola
bilis permanens ad capescendum per
enne premium xpianis omnibus pres
tet accessum. Per quem & sci preceptu
les paternis muniantur exemplis.

In principio itaque canones qui dicun
tur apostolorum de greco transtulimus
quibus quia plurimi consensum non
prebuerunt facile hoc ipsum vestram
ignorare noluimus scitatem. quam
vis postea quedam constituta ponti
ficum ex ipsis canonibus adsumpta esse
videantur. Deinde regulas nicene
sinodi. & deinceps omnium consi
liorum. sive que antea seu que post
modum facta sunt usque ad sinodum
centum quinquaginta pontificum
qui apud constantinopolim convene
runt. sub ordine numerorum.
id est a primo capitulo usque ad cen
tesimum sexagesimum quintum
sicut habetur in greca auctoritate
digessimus. Tunc sci calcedonensis
concilii decreta subdentes in his
grecorum canonum finem esse de
claramus. Nequid preterea no
titie vestre credamus velle subtra
here. Statuta quoque sardicensis

concilii atq. africani que latine sunt edita sunt a nobis numeris certis currere distincta. Uniuersarum uero definitionum titulos post hanc praefationem strictim ordinauimus. et que in singulis passim sunt promulgata conciliis sub uno aspectu locauimus. ut ad inquisitionem cuiusq; rei compendium aliquod adtulisse uideamur.

EXPLICIT PRAEFATIO

INCIPIUNT CAPITULA CANONUM APOSTOLORUM

I De ordinatione epi

II De ordinatione ptri diac et ceterorum.

III Nihil aliud in sacrificio preterquod dns statuit offerendum

IIII Que species ad altare non ad sacrificium sed ad benedictionem simpliciter debeant exhiberi

V Quod ea que in ecclesiis offerri non possunt ad domum sacerdotum a fidelib; deferantur

VI Ut epis aut ptr uxorem suam quam debet castitate regere non relinquat

VII Ut sacerdotes et ministri altaris secularibus curis abstineant.

VIII Quo tempore pascha celebretur

VIIII Quod ministri altaris oblatione celebrata debeant comendare

X Quod fideles laici ingredientes ecclesiam comunicare debeant.

XI Quod cum excomunicatis non sit orandum

XII Quod cum damnatis clericis non sit orandum

XIII Ut nullus fidelium preter commendaticias epistolas suscipiatur

XIIII Ut ab epis aliena parroechia minime peruadatur

XV Ut clerici propriae ecclesias non relinquant

XVI Ut epis qui clericos alterius susceperit communione priuetur

XVII Quod bigami non admittantur ad clerum

XVIII Quod his qui uiduam uel eiectam aut meretricem acceperit non admittantur ad clerum

XVIIII Qui duas sorores habuerit non admittantur ad clerum

XX Clericum fideiussorem esse non posse

XXI Quod hi qui non sponte eunuchizati sunt suscipiantur ad clerum

XXII Ut his qui se eunuchizauit clericus non fiat

XXIII Ut clericus qui se eunuchizauit abiciantur

XXIIII Ut laicus qui se eunuchizauit tribus annis a communione priuetur

XXV Quod epis ptr aut diac si pro com